IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175 Seite 188
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nitatis & humilitatis ꝓposito. quasi sub noc
tis silentio mundi redemptionē explet. Se
quit. Gedeon descendit in partē castrorum.
ubi erant uigilię armatorum. Narrabat ali
quis somnium ꝓximo suo. & in hunc modū
referebat quod uiderat. Vidi somnium. &
uidebatur michi quasi subcinericius panis
ex hordeo uolui. & in madian castra descen
dere. Cumq; ꝑuenisset ad tabernaculum. ꝑ
cussit illud atq; subuertit. & terrę fundit⁹
coequauit. Respondit is cui loquebatur.
Non est hoc aliud. nisi gladius Gedeonis. filii
ioas. uiri isrl'itę. Tradidit dn̄s in manus eius.
madian & omnia castra CIVS.

GEDEON in partem castrorū descendit.
quia filius dei factus homo ad huius
mundi habitationem in synagogam ue
nit. Vbi erant uigilię armatorum. quia
in synagoga sunt eloquia legis & ꝓphārū.
quibus armantur uigilię fidelium docto
rum. Narrat aliquis somnium ꝓximo
suo. cum balaam ille diuinus ꝓphat gen
tium ppl'o. Refert in hunc modum quod
uiderat. cum cadens in oꝑatione. apertos
habet oculos in contemplatione. Vidi inq̄t
somnium. quia futurę redemptionis mys
terium erit michi quasi nocturnū somniū.
qui ꝓpter cordis mei uicium. non habeo ex
ca salutis remedium. Videbatur michi q̄si
subcinericius panis ex hordeo uolui. & in
madian castra descendere. Orietur stella
ex iacob. & consurget homo de isrl'. & confrin
get omnes duces alienigenarū. & erit om
nis terra possessio eius. Subcinericius panis
ex hordeo uoluitur. cum panis ille ange
lorum. cinere nr̄ę mortalitatis coopertus.
sub illo ueteris testamenti CVLTV.

nascitur. quod ꝑ hordeum exprimitur.
De quo subcinericio pane. psalmista dicit
ex ipsi⁹ x ꝑsona. Cinerem tanquam panē
manducabam. & poculum meū cum
fletu miscebam. Subcinericius panis in
castra madian descendit. cum x p̄c ꝑ as
sumptam mortalitatē. ad huius mun
di habitationem ꝑtingit. in quo sua cas
tra diabolus locauerat. quē sua incarna
tione & passione fugat. Madian enim
de iudicio dicitur. quo diabolus expri
mitur. qui ꝑ iudicium passionis x p̄i
a mundo repellitur. sicut ipse discpl'is
suis in cena loquitur. Nunc iudicium
est mundi. nunc princeps mundi huius
eicietur foras. Panis subcinericius ad ta
bernaculum uenit. cum filius dei factus
homo mundi huius habitaculum subit.
Percutit illud sua p̄dicatione. subuertit
illud sua passione & resurrectione. Ter
rę funditus coequat. dum omnem alti
tudinem mundanę sapientię & poten
tię. misso de cęlis spiritu sancto. ꝑ suam
ascensionem humiliat. Terrę funditus
coequat. dum homini qui terram inha
bitat. quia puluis sit & cinis. ꝑ spiritum
sanctum reuelat. Respondet is cui loq̄
tur. dum gentium ppl's quem balaam
sua ꝓphia adoritur. in illis magis suis p̄
miciis. uerę fidei confessione eloquitur.
Non est hoc aliud quod stella noua lo
quitur nobis. nisi signum magni regis.
nisi gladius gedeonis. mundo manifes
tata incarnatio nr̄i redemptoris. Quē gla
dium ipsius balaā asina uenera tur.
dum angelum in angustiis duarum
maceriarū euaginato stantē gladio